Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

656. Rękopis z 1579 r., w którym pod napisami: Dantiscana, Sarmatica, Belgica, Germanica, Gallica, Turcica, Persica, Hispanica, Veneta, nieznany pisarz spisał urywki rozmaitych autorów.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ім. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 4 (Бав.)
ОПИС 1
ОД. ЗБ. 656

656 II

Nr. 656.

IV. Д. 34

47. tekt. mich

1

A morte Melanchthonis tres Theologi professores, D. Paulus Eberus, D. Georgius Maior, et Paulus Crellius non abhorruerunt à vera [illegible] sententia: sed in aula Dresdensi anno 1561 vocati, et ab Ulrico Mordisio de liberae confessionis periculo submonendi, mutarunt [illegible] Ioanni Maio, et Bibliae rursus ipsi sunt nati

Dantiscana

Insula quatuor ab Urbe millib. bifario alueo Vari-
catur atq. altero sinu Septentrionaliore, cui Elbinga
atq. Regiomont. finitimæ sunt illabitur; altero sini-
strorsus fertur & Gedanum stringens Unico bene
breui ab Urbe miliari se mari Venedico miscet.

De oratorib. Germ. PP. ad Regé Polonię.
77 IX b.

Scis duo esse genera mandatorum gubernationis
sine curatæ Prutenicæ alterius: atq. alterius pacificat.
Marchioni decreta Prouinciæ Prutenicæ Curatio
cuius res ita conuulsæ atq. perditæ sunt, Ut haud
sciam an retineri aut seruari á quoq. possint.

Alterum Gedanense, oratorum incredibili studio &
contentione atq. prudentia adhuc ad sumá non mó
spé sed plane fiduciam pacificationis deducta est.
Incredibile est, quantum oratorib. tribuat atq. permittat
& cum non desint Dani, qui interturbare nitantur non
patitur se tamen á sua de oratorib. existimatione deduci.
Est ité incredibile qua Rex apud oratores sapientia
experientia, promtitudinis atq. altitudinib. animi in
admiratione sit, Ut mihi ista legatio diuinitus collata
ta Videatur.

Gedanenses 4 tantum sunt deprecati: Portorium
debita Sigismundi Aug. bonorum, quę publicata erant
alienatioñ & compensationem damnorum, quæ
Nobilitati Viciniæ data esset

Accesserat arma Moscovitica: q.
superata Transdunana Liuonia, Lituaniæ
imensis copijs iminent.

77 11 Feb. Marchio á Polonis magnificé exceptus Warso.
& pereleganti oratione á Cancell. Regni. Respō.
sum ita est a D Anspacho, Ut me, qui affui & au-
diui, stranguria ceperit. Nihil fieri potuit ineptius.

Weierus aduersa in ripa Mundæ castra habuit
(quod ostium Istulæ est) cæsus á Dantiscanis 15
tormentis bellicis ereptis.
Castell et Lublinensis deleta. Hic fuit mittendus civilis sanguis.

Mathematicus Germanus noster.

Ô Infelicia in Max. Imp. studia; quib. si pru-
dentia ac temperatió affuisset, nó laborarimus.

Rex in arma ciuilia abiniquiss. ciu. Dantis-
canos hominib. proiectus.

Scotico & Wallonico milite Uti maluerunt
quam Germani militis temulentia incertis
libertatem suam committere:

Erat Regi constitutum portum oppugnare. Sed dis-
cessit ab eo instituto
1 quod opere & psidio firmus esset.
2. quod Insulæ, in qua propugnaculum esset
paludib. nollet se committere.
3 quod Danus classe max. mare obtineret
& illa quotidie litora legeret.

In Composit. nihil magis spissum fuit, quam
Monasterij Oliuensis, quod ab Urbe Uno milia-
ri aberat & belli principio Gedanenses dele-
uerant, negotium.

2 Crudele est morbo Curarj.
Sæpe contrarijs Votis Utendum.

2 Boruss perdit Theolog. phrenesis & certorum
hominum ambitio & auaritia.

SARMATICA.

+

στρατηγικά. 4 M. Oct. 1579.

Wittichius predicit mortem Bathorio ad M. Januar. Anni 1580. Mosco victoriam.

Deditio oppidi Sokol facta XI. eiusd. distat. V M. P. Polocio.

Poloni fere nunquam campestri praelio victi.

Ordinum Ecclesiastici & Nobilitatis dissensio. De Contributionum modo & effectus est in ordinum dissensione deliberatio.

Consilia omnia inter se suspecta habent.

Gisius Iacob. Mon.

Cum animis caussam complectimur iustiss. atque legitimi belli in Tyrannum omnium quot sunt quotque fuere eruntque immaniss. cum vires denique nostras circumspicimus, cum voluntates omnium et exterorum hominum intuemur, in spem venimus Deum nobis affuturum.

Moscus per oratorem inducias ambyt & mitti ad se legatos petyt. Sed quod cognitum sit hostis illius in inducys petendis ingenium atque molitio et seruandis dolus: quodque Rex ita comparatus sit ut duci bellum sine grauiss. dispendio non possit; negata res est, nisi ablata omnia hostis restituat. Quod facturus non videtur.

Septentrionem urget fatalis discordiae vis quae Occidentem prope euertit.

Andreas Patritius inter caussas belli Dantiscani fere haec recenset.

Fastus, licentia, fastidium rerum suarum, externorum morum amor. mobilitas animorum similis mobilitati fluctuum maris: odium naturale aduersus Polon. Imperium Insolentia eorum tempore Interregni in muniendo urbe, cogendo milite: nihil ex imperatis faciendo.

Postulabant ut Rex prior ipsis iuraret idque separatim cum reliqui ordines iam iurassent. Comites legatorum violati.

Hostiles Moscorum legati pene regio apparatu excepti.

Postulant ut tabellis obsignatis testaretur Rex se si quid modo aduersus iura eorum commisisse unquam videret; iam tum eos a vinculo iurisiurandi plane soluere.

Importune petierunt libertatem religionis sibi conseruari.

Moscus euigilabit cum Poloni quiescere volent.

Fuerunt ad Polocij expugnat. desiderata VIII M.

Suspicio erat militem propter commeatus angustias dimissum et diem Conuentui Varsouiensi indictum.

Rex literis ad Dantiscanos missis, quib. ascriptus erat XXVII Sept. significat se conuentum indixisse Warsouiam ad XXII Xbris & capita proponit deliberationum quae in ea tractabuntur: quorum primum & summum est, de faciendis nouis delectib. expediendo commeatu, persequenda denique expeditione tanto consensu suscepta. Tum quo loco deinceps necessitate postulante Conuentus indici & haberi debeant: ne conuocatio ordinum in loca remotiora aliquam susceptae expeditioni & consilys moram afferat. Denique dotem Reginae definiri & alias eius generis controuersias ab ordinib. decidi. Postremo de componendis reb. Borussicis.

Expoliatio templorum ritus Catholici in ipsa Vrbe sacerdotum trucidatio. Praedia r. Episcopi Vladislauiensis inuasa

Terrae aestium, ut vocant, literas.

SARMATICA

X XII xbris 1580 LXXIX

Comitia Warsouiensia ad XXIV superioris mensis Vt superior. dieb. ad te scripsi, cepta plena sunt tumultus et rixarum etsi ante ferias natalicias exitum habitura audiamus. Deliberatio est de bello continuando & argentarijs auxilijs: quibus maiora post hominum memoriam imperata non sunt. Varie haec disputantur & max. contentioe & pecuniae conficiendae rationes omnes examinantur. Inter cetera in deliberationem uenit, Vt quoniam Polonia ijs mercibus abundat, quib. carere uicinae gentes commode non poscunt; Polonis earum exportatione interdicta exteri mercatores ad eas comparandas in Poloniam proficisci cogantur et Vectigal, quod ad 30 Coronatos pro singulis centenis redigendum putant, mercibus impositum persoluant.

Et quia Vngarica Vina & Austriaca propter Vindemiae tenuitatem hoc anno magno constant, cautum est ne quis ea deinceps importet, cum se Hispanicis & Gallicis ex Dantis..

..canis nauigationibus abundare iactitet. Minorem gentium nobiles pecuniam conferre recusant. Sed ipsos se ad bellu ituros profitentur. Optimates & prudentiores, qui uel ex iactura, quam iam fecerunt, uel ex comparatione rerum suarum cum potentia Moscouitica de belli exitu cogitant: uel ex ipsa Victoria seruitutem metuunt, iam pene belli suscepti penitet. Ecclesiastici ordinis homines se grauius, quam Nobilitatem popularem onerari iniquissimo animo ferunt. Haret igitur Vt aiunt agua, in conficienda tanta pecuniae, ~~Vt~~ Vi quae belli diuturnitati, de qua eos ~~belle~~ cogitare necesse est respondeat. Bellum enim, Vt in Cyri ad parentem meum literis est, denuo Mosco indictum, & symbolorum quasi religione quadam consecratum missis ad eum gladio, igniTabulo (igniili scribit Cyrus. Sed nisi hoc igniTabulum uel igniarium aut fomes est, quid sit non assequor) & annulo, Priora duo fortassis non obscuram interpretatione habent cum ostendere uoluerunt se hostis ditionem ferro flamaq; de uastaturum: Sed quid annulus

ad rem. Belli nimirum atrocitatem duo ille: hoc etiam perpetuitatem significat. Referunt historiæ Polonicæ de Rege quodam, qui gladio sibi misso, omen, inquit accipio. Gladium enim mihi offers, quo ego te iugulem. Et gladio olim & fuste et nostris moribus ammisso feudorum inuestituræ et possessiones conferri solent. Sed nolo peruerso eo neq; cladem omminari eam quæ a pernicie nostra & interitu disiuncta esse non potest. De bello administrandi ratione nihil dum constitutum. Existimant autem Bathorium molem belli in Liuoniam translaturum provinciam exercitui alendo & rebus gerendis opportunissimam. REX ita se gerit, ut ad Regnum non electus sed natus uideatur neq; totum Poloniæ Regnum quicquam eo habere putant uel melius uel sapientius. In sententijs dicendis magna & Polonica gente insueta seueritate utitur. Filium qui patrem uerberarat, capitis supplicio mulctauit. collata tamen in patrem potestate hanc poenam ei remittendi & pro mitigatione supplicandi quam cum pater acerbior nollet, a Rege petere, sententia execut. nacta est.

Nimirum futuri belli atrocitas humana Victimæ litatione designatur: nisi male me ominari uolentem proprij periculi metus & auersatio reprimeret.

Cæsaris legatus Cyrius quid in mandatis habeat, nondum est exploratum. Eius modi tamen esse audio, propter quæ ipsius aduentus Regi gratior fuit, quam optimatib. In itinere Archiepiscopum octuagenarium senem decumbentem etiam animam agentem reperit.

Nos etiam metus pacis Persicæ cruciat Milos, qui pridie huc ex Vngaria rediit refert Luberiana præsidia accepta decurriendi & populandi licentia quotidie ultra 20 miliaria progressa nemine se opponente. Eius rei causam credebant euocationem ost. & lectiss: quorumque militum in Persiam. Hoc etia ualde Veremur ut diu nobis confecto bello Persico frui liceat.

XVIII Xb. Warsouia.

Cyrus 14 Xbr. publicè auditus: priuatim postridie. Belli ducendi certa ē deliberatio.

Poloni ad Polocium potiti sunt 180 tormentis bellicis maximis: arcibus septem: inter has Polocio, Turofla Socol.

Nicolaus Patritius Nideccius (homo obscuro & tenui genere ortus in Scholis Patritij, post in familiā Nideciorum adoptatus Nidecij cognomentū nactus est) orationem ad Serenis. Poloniæ Regem nomē totius Cleri Warsouiensis habuit, qua & gratulatur Regi ornatissimis verbis de capto Polocio & afflictis Moscouitarum viribus & non obscure eum incitat atq; inflāmat ad extirpandas confecto bello Moscouitico haereses.

Ad comitia à singulis prouincijs mittuntur duo, quos appellant Lantbottey. Hi postulata sua (sie propositiones) exponunt Regi. Expeditis his, de contributione tum demum uerba facientem Regem audiunt.

An non Ordinum legatos appelles rectius die Lantbottey, quam nuncios Terrestres.

Fuit hic Patritius aliquando addictus religioni orth. Sed postea ad Pontificios desciuit. Nemo eo hac memoria habetur in Polonia eloquentior.

22 Xbr. 1579

Bathorius à regni sui exordio plus 244 tormentis aeneis maioribus potitus est & alijs eius gris munitionis. Rex ante Bacchanalia ut pleriq; uel ante ueris initiū, ut nōnulli existimant, arma nō expediet.

Cyrus benigne auditus sperat facilē & optatam legationis suæ defunctionē. Expeditio.

Belgica. 7

Io. Bapt. Henz. 1579. M. gueb.

Spei nihil. Etsi .n. in religionis negotio Hispani aliquid de suo jure concedere vellent: de quo tamen multum dubitat: eo tamen Belgarum erga Hispanos processit diffidentia: ut numquam se penitus exarmari passuri sint.

Et quidam de nova Valonum cum ordinibus reconciliatione non obscure sentiunt & loquuntur. Plerosque autem persecutiones Austriacorum varie afficiunt.

Deputati posteaquam 6 integros menses ad articulos ordinibus exhibitos frustra responsum expectarunt & nihil aliud quam famosis libellis e actu Colonia discesserunt. Relicti pauci, qui expectent, quid respondeant.

Hispani nihil minus facient, quam ut loca quae ceperunt Malecontentis invenda commitant. Inter cavam cum Statibus illos quam miserunt, ut attritis utriusque partis viribus deinceps utrosque facilius in potestatem suam redigant.

Auraicus Nobilitati exosus; quod privatae potentiae studere videatur & opprimendis primatibus.

Ludibrio exponunt Principem Matthiam. Existimant Orangium non ante Matthiam dimissurum; quam filio ex Hispanica Servitute redemto.

GERMANICA.

Mortuus est Guilhel. Bauariæ Dux ex calculo, ut
sectio ostendit, renum; in quib. deprehensi fuerut ali-
quot calculi; qui oua columbina magnitudine penè
æquarunt. Auxit ei dolores haustus Cereuisiæ cuius-
dam, quã ei Saxo pro remedio miserat.

GALLICA.

Bud. lib. 4 de ass. Hoc semper habuit Gallia, Ut bona sua interdum nesciret, interdum scire nollet.

Gallia Hispanorum opera ita comparata utque omni consilio et ratione destituta censetur ab Italis; Ut nihil nisi de sua pernicie cogitare omniaque ex uoto hostium suorum uti fecit hactenus, ita in posterum administratura censeatur.

Latrones istos Gallos (nolo enim Hugnenolos dicere) qui nescio cuius ductu quoue consilio Sequanos, Triboces & Segusios molestant, quidam compescere student.

CONSTANTINOP. 13 et 15 Octobris scribitur. TURCAM quendam haud sanę mentis vulgo habitum ingredi ad Archibassam Mehemetem oonatum et usa niceris prohibitum, ianua forte ad aperta ab eod: Mehemete conspectum, et vocatum libellum ei supplicem obtulisse, simulq; pugionem (cultrum ais) in pectore eius ita defixisse, ut mortuus subito concideret. Quod uero suspicio esset tam diri facinoris audorem percussori aliquem fuisse omnibus ipsum tormentis excruciatum esse uno constanter fassum, diuersis inde eqs laceratum fuisse. Causam et Caedis patrandae extitisse. Cum Religiosus homo uitae genus quale inter CHRIST: eremitae q[ui]dam errones solent profiteri, a Mehemete sumtus ad sacellum aedificandum nullis precibus obtinere potuisset, Ideoq; illum diris auaritiae et impietatis conuicijs proscidisset. portam etiam Basilicae ipsius sordibus infecisset: ad remos ab eo damnatu ad tempus; paulo autem post liberatum et beneficijs etiam adfectum fuisse, quod stultitia potius quam scelesta mente deliq[ui]sse uideretur.

Additur Imperat: Turcicum Archibassae munus quendam (Mustaim quendam vocant) statim transferre voluisse, quo familiarissime rti collusare soleret. Verum hunc eodem animo quo Bassae olim munere se abdicasset, ne impar adeo uiribus suis onus recipere cogeretur deprecatum esse. Successorem igitur Bassam Achimatem designatum, hominem ut captus sit Turcarum satis humanum et ciuilem sed obstinatum inprimis. in quod Mehemetis mortem Veneti hoc grauius tulerunt quo illo benigniori uterentur quem largitionibus perpetuis sibi deminaissent quoq; minus ille a Christianis abhorrere uideretur. Qui rationes probabiliter subducunt rerum Turcic periti, pecunia numerata illum reliquisse putant centres quadragies centena aureorum millia et amplius.

Ex literis Constantinopoli X IXtr
Castra Turcica ultra Seruanu Medies metropolim celer bidui prolata: castra ab his Persica co[m]pluriu[m] dieru[m] itinere disiuncta.
Legatos a Persa ad Mustaf. cu[m] muneribus attulisse legatione[m] Persica[m] intra meses 3 ad Imp. Tur. Constantinopolin Venturu[m]. Inde n[on] ta[m] inducia rum, quam pacis spem Turcis crescere.

Casus in Persia accidisse fertur ex iisdem literis. Regulum quendam ex India (ex Arabia quedam scribunt) præfectum tertiæ parti exercitus Persici omnibus corporis et animi bonis præstantem Regi Persarum gratum adeo et iucundum fuisse ut hic de sorore sua illi in uxorem danda cogitaret. Sed matrem eiusdem Regis in Tartarum captiuum magni nominis virum uel ideo magis inclinasse, ut hoc matrimonio Tartarorum populos sibi contra Turcos conciliaret, itaque alterum illum ne impedimento esset in conuiuio quodam ueneno sustulisse. Eius rei fama per castra Turcica dilata tumultu extitisse milites que ob amissum Ducem qui unice carus omnibus fuisset in furorem versos, eandem matrem Regis cum Tartaro occidisse. Ita omnem occasionem rei in Turcam gerendæ amissam esse, castraque Persica nulla re memorabili gestæ longius retrocessisse interea B. Mustapham absoluendæ arci pridem ad confinia Persica institutæ, operam dedisse.

Ad hunc nihilominus ab Imperat: Turcico amplissam mandata ineundæ pacis cum Persis transmissa esse. Quicquid sit sane Veneti metuere uidentur noua propediem in Creta presidia missuri.

De Bello Persico scripsit proxime valde uereor, ne maiores in Turcam aliorum potius quam uirtute nostra proficiendi spes nobis exlemissam quasi occasione confingamus quam quas euentus ipse comprobet.

GENVENSIA.

1579 M. IXbr.

GENVÆ annonæ caritas et pestis certatem grassantur, eademq; sepe dii 200 & amplius absumuntur. Valete. Venetiis 27 Nouemb. Anno 79. Amicis S. q. do quam Nicolj meus uobis adscribit plurim.

HISPANICA

HISPANI classis tempestatibus an pecuniae inopia et Vita Lusitani impedita uel litora Italiae adhuc adhaerescit? Cardinali Granuella à cuius nutu dependere Hisp: dicitur, huic adiungendis Lusitaniae primatib. strenuum nec infelicem operam nauare fertur. Tantis Hispanorum conatibus plerique, quorum interest eos tanta accessione non augeri uotis potius quam armis adspicientes sc: Inter se et alij alios ea spectantes oppositum uidentur. Ab Anglis tamen et Alenconii cognita et perspecta fide atque uirtute & alijs quibusdam sunt, quae maiora nos expectare uelint, de quibus uos certiora omnia.

Satis magnus classi Hispanicae usus ad perterrefaciendas cõtrariarũ factionũ molitiones & retinendã in officio Italiã.

Classis Hispanica credo ne in oculis Italorum plane ad nihilum reciteret, extransita milite, cuius pars maior aut fugo aut morbo et morte desideratur, tandem aliquando in Hispaniam, ut aiunt se abripuit. Vno vox prudentiorum omnium Lusitaniae eam intrare, idque hoc facilius creditur quo Hispanis Consultius est, et hi alia potius omnia, ut de expedit. Aphricana aut Anglicana iacitant; quasi huius rei non solum optio, sed etiam facultas in eorum potestate sit. De Anglo Alenconij & aliorum adeò multorum confoederatione in eosdem Hispanos quicquid feratur: magni tamen quidam et rerum Gallicarum periti belli in Gallia ciuilis renouationem, quam auersionem aliò expectant culpam uero huius rei in Reginam matrem transferunt qua uiua negant expectandum esse ut salutarib. consilijs locus ullus detur.

fædi

Si tratta di nuouo di mandar fuori di questa Città tutti gli Ebrei.

Ital: Italia nimium tam diu quieta bellum quasi remedium malis suis necessarium desiderat, quae ut uoto suo potiatur obstare non desistemus.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.